



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1648**

§. 1. Admiranda in Galicia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13147**

## CAPVT IX.

## De Mirabilibus Hispaniæ.

## §. 1. In Galicia.

**I**N *Clauigij* campo saxa reperiuntur affabrè facta, quæ repræsentant Bacillos & Conchas marinas quas peregrini Sancti Iacobi ferre solent, hæc sponte in terrâ concresecunt. *Io. Eusebius Nierembergicus.*

Ad *Minium* fluuium non procul à *Rinadia* oppido, locus est vbi aura semper videtur caligare. Nemo hîc stare potest quin illicò fudet, vaporibus nempe ex sulphureâ terrâ exeuntibus. *And. Baccius lib. 4. de Thermis.*

In portu *Mongia* crescens æstus in saxis, quibus littus sparsum est, cruces & balistas efformat, sed sequenti die figuras impressas delet, & nouas effingit, naturæ pio lusu ac planè mirabili.

In eodem quoque portu nauis è saxo tota visitur, cum malo, velis, & antennis. *Molina in descript. Gallæciæ.*

Ad S. Iacobi sepulchrum *Compostelle*, audiuntur armorum strepitus, quoties grande aliquod periculum imminet Ibericis exercitibus. *Euseb. Nierembergicus.*

In Montanis *Cebreti* ad caput *Lori* fluminis visitur fons *Louzara* nomine, hic more pelagi crescit, & decrescit, eodem tamen vere & hyeme decremento, licèt 20. leucis Hispanicis à mari distitus sit. *Molina in descript. Gal.*

*Compostelle* saxum in quo primùm repositum S. Iacobi corpus, ad contactum reliquiarum excauatum est sponte ad instar sepulchri; & istumulus hætenus durauit integer. *Idem.*

Ex lacu qui dicitur *Las lamas de Gna*, oritur Fl. *Tamoyus*. Hic exortu suo per aliquot anni menses ingentes mugitus edit; qui tamen si propiùs accedas recedere videntur. *Idem Molina.*

## §. 2. In Castilla.

Non procul *Madrito* videtur Icon Christi è cruce pendentis, quam natura saxo impressit, in quâ nihil videtur deesse ad perfe-

Rr ij